ΒΡΥΣΕΩΣ ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ

Dioecesis Thracica
Provincia Haemimonti
Ecclesia Brysis.

Le Quien: Oriens Christianus t. I c. 1187-8

Sub Hadrianopoli in Notitia Leonis Imp. civitas Episcopalis nona est Brysis, ὁ Βρύσεως.

In eadem Notitia decimus nonus Archiepiscopatus censetur ΙΘ' ὁ Βρύσεως.

Mirum lib. 3 Jur. graeco-Rom. pag. 223. duplex est Brysis, parva et magna, et magnae quidem episcopus praeerat, parvae vero Archiepiscopus.

Quocirca Luca Chrysoberge Patriarcha, magnae Brysis Episcopus adversus Archiepiscopum parvae interpellavit, de non revocanda paroecia quae ab ipso tenebatur; prolata idcirco etiam est Archiepiscopi defuncti transactio. Pronunciavit vero Synodus iis quae Archiepiscopus male egerat non debere Archiepiscopatum laedi absque clericorum ejus assensu, insuper et magnae Synodi, Patriarchalis scilicet. Atqui Brysis Thraciae, Brysarum gentis caput, inter Nestum et Hebrum amnes ponitur.

Utriusque Brysis Episcopos et Archiepiscopos una serie recito, quando unum olim unum olim utique Episcopum praefuisse nullus dubito.

Episcopi Brysis.

I Ἰωάννης In Septima Synodo sedit et subscripsit Ἰωάννης ἐπίσκοπος Βρύσεως.

II Νικήτας In Synodo Photiana Nicetas Βρύσεως.

III Λέων Synodico Decreto Alexii Patriarchae de Monasteriorum Donatariis condendo, anno 1027, aderat Leo Archiepiscopus Brysis, Λέοντος Βρύσεως. Jur. graeco-Rom. pag. 259.

IV *** Imperante Manuele Comneno, et Patriarchatum gerente Michaële Oxita, in duplici Episcoporum aliquot conventu actum est de duobus Episcopis, qui Bogomilorum haeresis suspecti quum essent, praeter canones etiam ab uno duntaxat episcopo Tyanorum metropolita ordinati erant. Aderat Archiepiscopus Brysis, τοῦ Βρύσεως. Allat. lib. 2 de Conf. Cap. 12

V *** Ex actis Synodi Lucae ejusdem Patriarchae, in qua Sotericus Panteugenus Antiochiae Patriarcha designatus, damnatus fuit, sedebat cum aliis Archiepiscopus Brysis. τοῦ Βρύσεως; ejus nomen omissum est. Nicetae Choniates Panoplia, inter codices Cl. Baluzii

(ἀκολουθεῖ)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

***
Κωνσταντῖνος] VI. Anno 1166. Luca Chrysoberge Patriarcha conditum in Synodo Decretum est, quo nuptiae septimi gradus prohibitae sunt. Aderat Archiepiscopus Brysis, τοῦ Βρύσεων. Jur. graeco-Rom pag. 217

Anno 1166, eodem Luca Patriarcha, in frequenti Synodo quae Alamanorum Constantinopoli agentium causa celebrata est, tractatum est de hoc Domini dicto, Pater major me est, confidente cum aliis Constantino Archiepiscopo Brysis. Leo Allat. lib. et cap. citato.

?
Θεοφύλακτος] VII. In Synodo Callisti Patriarchae, quae Palamitarum profanas insanias approbavit, sedit et subscripsit ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Βρύσεως καὶ ἔξαρχος Θεοφύλακτος